



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Felice V. Antipapa Creati Anno 1440.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

vel grauissimis ærumnis facile suesceret, scripsit, vt erat
Apostolicæ sedis studiosissimus,

In Apostolicæ Sedis defensionem.

Legationum suarum Relationem Compendiariâ.

Epistolasque à Doctis multùm laudatas, vt refert
Cardinalis Papiensis, quibus tamen fastuosam
quorundam censuram declinare haud licitum,
submurmurantibus inuidis. Obiit Romæ
anno 1469. Iacetque in æde S. Marcelli cum
hoc Epitaphio.

*Ioanni Caruaiali genere Ibero, Pontifici Portuensi, S. R. E.
Cardinali Patrum splendori, virtutum decori, de Religione atque
omni Republica bene merito: qui vixit annos 70. Bessario Cardi-
nalis Nicænus Collegæ Pientissimo.*

Pontificum splendor iacet hic, sacrique Senatus.

Namque animo Petrus, pectore, Caesar erat.

Hunc genuit Bætis, raptuit sed Roma, tenetque.

Corpora velat humus, Spiritus astra colit.

A FELICE V. ANTIPAPA CREATI

Anno 1440.

IOANNES DE VILLAVEZZOSSA Segobiensis
Hispanus, ex Archidiacono Ouetensi Cardinalis, Alco-
ranum in quo falsæ & euanidæ religionis typum Maho-
metes procudit, latinè loquentem fecit, eiusque men-
dacia veris rationibus & argumentis explosit.

Concordantias partium Orationis indeclinabi-
lium in Bibliis collegit.

Duoque volumina de Actis Concilii Basiliensis
edidit.

NICOLAUS DE TUDESCHIS Siculus, Lucerna
Turis appellatus, ex Archiepiscopo Panormitano Car-
dinalis, Franciscum Zabarellam Cardinalem diligen-
ter audiuit, scripsitque

Super Decreto.

Super Decretalibus tomos 5.

Super Clementinis.

De authoritate, veritate, & institutione Conci-
liorum præsertim Basiliensis.

Processum iudicarium, siue Practicam de modo
procedendi in iudicio.

Consilia 104. duobus voluminibus distincta.

Disputationes varias.

De potestate Papæ Concilii & Imperatoris.

Repetitiones & lecturas.

Quæstionem in Parmensi Gymnasio disputatã.

Tractatumque pro authoritate Concilii Basi-
liensis. Obiit Panormi anno 1445. Sepul-
tus in Cathedrali cum hoc Epitaphio.

Morte tua canon, leges, & iura Quiritum.

Occubere, iacent hoc tumultata loco.

Tu Nicolaus eras Tudesco sanguine natus,

Panormi Antistes, & Catanensis eras.

Eugenio & Basila discordi pace ruebat,

Nostra fides, stererat te Duce Concilium.

Nominis & tituli cumulos & laudis adeptus,

Vnde tuum texit rubra Tiara caput.

Creata